

# LIBER SECUNDUS SAMUELIS

HISTORIA DAVID REGIS 2 Reg. 1-20.

Quae Historia cum, ex Intr. n. 8 dictis, partim ex fastis regni Davidi et partim aliunde sit petita, ad ordinem narrationis perspicendum oportebit hanc duplēcē documentorum classēm secernere. Documenta quippe ex fastis transsumpta iam ibidem eodem, quo in nostro libro leguntur, ordine descripta fuisse in comperto est; unde eorum ordo a nostri libri ordine quadam cūnus independens est. Hinc in tres partes haec Historia dispescitur: 1) regnum David in Hebron 1, 1-4, 12, cuius historia ex fastis non videtur fluxisse; 2) regnum Davidis in Ierusalem, ex fastis deceptum, 5, 1-11, 1 (cum 12, 29-31); 3) peccatum Davidis eiusque sequelae 11, 2-20, 26, quod rursum fasti ignorabant.

PARS I. REGNUM DAVIDIS IN HEBRON 2 Reg. 1-4.

Historicū ordinem sequitur narratio, in qua facilī opera partes quasdam discernes. Duæ sunt pericopae stili concisorior, quibus narrandorum veluti medulla exprimitur; quarum una 2, 1-4 a regnum Davidicū in Iudea primum constitutum commemorat, altera 3, 1-3 idem, non obstante bello civili, firmius in dies roboratum ostendit. Altera omnino correspondet pericopae ex fastis 5, 13-16. Circa illas duas pericopas narrationes reliquæ disponuntur. Habes igitur 1) regni Davidis in Hebron originem 1, 1-2, 7, quae origo summarie describitur 2, 1-4 a; praecedit 1, 4-27 Davidis luctus deinterit Saul, sequuntur 2, 4 b-7 gratiae a Davide Iabesisit redditiae pro sepultura Saul. 2) habes regni Davidici in Hebron confirmationem 2, 8-4, 12; ubi primum narratur Isbōset regno contra Davidem potitus 2, 8-11; describitur 2, 12-32 proelium, in quo occidit

Asael, cuius mors causa fuit secutac necis Abner; 3, 6-39 refertur Abneri interitus, quem proxime secuta est 4, 1-12 ruina domus Saul.

4) Davidis luctus de Saul 2 Reg. 1, 1-27.

ARG. — Nuntium mortis Saul accipit David in Siceleg ab Amalecita; quem, quod regem sua manu occidisse praetenderet, supplicio affecit; Saulis autem et Ionathae caudem lugubri cantico comploravit.

CAP. I v. 1 « Factum est autem, postquam mortuus est Saul, ut David revertetur a caede Amalec, et maneret in Siceleg duos dies ». v. 2 « In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul ueste concessa, et pulvere conspersus caput; et ut venit ad David, cecidit super faciem suam, et adoravit ».

Vulg. negligit, quod reliqui omnes habent, alteram ~~v. 1~~ initio v. 2. Prodosis igitur sententias est *factum est autem*, apodosis est v. 2. Adduntur prodosi verba *postquam mortuus est Saul*, ut generaliter quadam introductio narrationis rerum post Saulis obitum gestarum. Verba et *David reversus est a caede Amalec, et mansit in Siceleg duos dies* cum LXX interpretare parenthesis: dictum quippe v. 2 de *tertia die* s. auctor, recolere debuit v. 1, unde ea tercia dies computanda esset, atque ita ad 1 Reg. 30 narrata reverti. Ergo vertes fore ita: *Factum est autem post mortem Saul (David autem reversus a caede Amalec duos iam dies substiterat in Siceleg), ut tercia die apparuerit homo etc.* — Praeagnanter Hebr. Chald. Syr. de castris, de cum *Saul*. Ubique LXX, mutata punctuatione, *de populo Saul*: at certe falso, cum v. 6 vir ille affirmet « Casu veni in montem Gelboe ».

v. 3 « Dixitque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi». v. 4 « Et dixit ad eum David: Quod est verbum, quod factum est? Qui ait: Fugit populus ex proelio, et multi corridentes e populo mortui sunt, sed et Saul et Ionathas, filius eius, interierunt ». Solus e filiis Ionathas nominatur, quod Davidi esset amicissimus, vel quod fere simul cum patre, ultima spes regni, occubuerit. Recte secundum sensum addit Vulg. *quod factum est*; nam aliquod verbum seu aliquid rei locum habuisse, vel ipse docebat nuntii aspectus. Eadem expressio recurrit 1 Reg. 4, 16, quare perperam Then. emendat textum. v. 5 « Dixitque David ad adolescentem, qui nuntiabat ei: Unde sis, quia mortuus est Saul et Ionathas, filius eius? » Factum nequaquam illico admittit David, sed auctoritate examinat nuntiantis: sed facile admitti consuere, quae exoptantur. v. 6 « Et ait adolescens, qui nuntiabat ei: Casu veni in montem Gelboe, et Saul incumbebat super hastam suam; porro currus et equites appropinquabant ei ». Saul, pugnando exhaustus, substiterat nixus lancea. Hebr. *occurrens occurri in monte Gelboe*. Amalecites fingit se nullius partis fuisse, et easu occurrisse: assertio

parum probabilis, ut homo neutrius partis in eum praeccise locum se ingesserit, circa quem utraque pars acerrime dimicaret. v. 7 « *Et conversus post tergum suum vidensque me, vocavit. Cui cum respondisset : Adsum* », v. 8 « *dixit mihi : Quisnam es tu ? Et aio ad eum : Analecites ego sum* ». Ut quid ea interrogatio ? an ut intelligeret Saul, hostisne accederet, an amicus aut saltem innoxius advena ? an, ut certior factus hominem non esse Hebraeum, alienigenam ad sui necem invitaret, quod Hebraeo nimis foedum fuisse, intulisse manus christo Domini ? Ceterum audi *Sanc.* : « *Ego hunc virum, sive Amalecita sit, sive Iudeus, aut etiam Palaestinus (quis enim homini de patria credat, quem in aliis reprehenderit esse mendacem !), in tota hac narratione nihil dixisse potu, nisi ad suam utilitatem artificiose confictum. Qui fortasse in Palaestinorum castris militabat, et se Hebraeorum simulacrum adhaesisse partibus, ut evangelia a Davide extorqueret splendida, de cuius gloria sese credebat esse egregie meritum* ». Ergo nihil eius assertis contra inspiratam 4 Reg. 31 narrationem efficitur. v. 9 « *Et locutus est mihi : Sta super me et interfice me, quoniam tenet me angustiae, et adhuc tota anima mea in me est* ». Inerat corpori vitae plenitudo, sed spasmus ad tempus obstricta, unde ignominiosa imminemerat captivitas.

*Sta super me, i. e. « consurge adversum me », uti *Vulg.* verit 1 Par. 21, 1 ; Dan. 8, 25 ; 11, 14 ; et etiam Lev. 19, 16. — Radix יְנַחֵם parum est explorata, videtur habere significatiōnē texendī, commisēndī. LXX *Syr. caligo, Chald. tremor, quae omnia, sicut etiam angustiae, ad vertiginem videnter posse recovari : sed minus huic aptatur, quod sequitur, et adhuc tota anima mea in me est*. Unde fortasse cum Aq. et *Rabbini* praferendum erit *spasmus, gall. « crampo »*, qui facile pugna diutius protracta inducitur ; et optimè quadrant sequentia.*

v. 10 « *Stansque super eum* », consurgens adversus eum, « *occidi eum : sciebam enim, quod vivere non poterat post ruinam* ».

*Hebr. post casum suum.* Saul nondum conciderat in terram, antequam eum Amalécita adoraret, hasta nixus v. 6 considerat. Ergo recte *Vulg. post ruinam*. Cur non poterat vivere ? quod desperatione, pudore consumendus esset; vel planius quod, rubor suis et Hebraeorum misere perditus, Philisthaeorum manus effigere non posset. Ergo sensus est : occidi eum, quod occidendum tandem scirem ; ita se excusat Amalécita de illata christo Domini neco. — In sequentibus versiones omnes loquebant articulum, ergo *רָאשָׁת* pro *רָאשָׁתָן*, *armillam*.

« *Et tuli diadema, quod erat in capite eius, et armillam de brachio illius, et attuli ad te dominum meum hoc* ». Diadema sane et armilla irrefragabile erant argumentum mortis Saul, ostendebant etiam nuntium in monte Gelboe praesentem adfuisse ; reliqua vero narratio, vel ex integro vel utique magna ex parte, erat conficta, Amalécitarum certe aliqua pars (cf. 1 Reg. 27, 8 sqq.) Philisthaei societate devincta erat ; gens erat ob

latrocinia famosa ; ille fortasse Amalécita nihil praestiterat, quam ut, ipsi proelii nocte (cf. 1 Reg. 31, 8), Saulis cadaver diademate atque armilla spoliaret. Festinatio, qua ipse, Amalécita cum esset, ad Davidem convolavit, ostendit, cum sola spe praemii instigatum fuisse. Praeter fausti autem nuntii primatum, vindicabat sibi Amalécites ille meritum occisi propria manu Saulis, velabat hostilem, quem in proelio contra Hebreos gesserat, animum improbabili illa assertione « *casu veni* », Davidemque alloquio « *dominus meus* » demulcre studebat.

v. 11 « *Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri, qui erant cum eo* » — *Hebr.* et etiam omnes, i. e. et pariter omnes —, v. 12 « *et planzaverunt, et fleverunt, et ieiunaverunt usque ad vesperam super Saul, et super Ionathan filium eius, et super populum Domini, et super domum Israel, eo quod corrueissent gladio* ». Planctus funebris verbis constabat et exclamacionibus. Id patet quum ex more Orientalium universalium, tum ex textibus : Mich. 1, 8 (dracones et struthiones non utique lacrymis, sed sonis inconditis planetum edebant) ; Ier. 22, 18 ; 34, 3 ; 2 Reg. 3, 31 sqq. ; 3 Reg. 43, 30. Imprimis וְנִזְמַן seu « *Vae* » inclamabatur. Ian versus videtur, oratione indirecta, praecipuas efferre exclamaciones, quas tune usurpavit David virilque eius, hoc fere modo : *Vae, Saul ! Vae, Ionathan ! Vae, popule Domini ! Vae, domus Israel !* In eiusmodi planetu exclamaciones, vel eadem vel synonymae, frequentius iterabantur, cf. Ier. 22, 18 ; 2 Reg. 18, 33. Perperam ergo Wellh. exinde, quod *populus Domini* idem sit atque *domus Israel*, conatur efficere, LXX primitus, uti nunc, legisse וְנִזְמַן עַל pro וְנִזְמַן, *populus Iuda* pro *populus Domini*. Eam praeter LXX nullus textus sequitur lectionem. Alii negant, expressiones esse plane synonymas, sed exprimi luctum de clade, primum *domus regiae*, dein populi a Deo specialiter electi, tandem populi qui naturali consanguinitate lugentibus esset copulatus. Nota tamen, ipsum nomen Israel esse divinae electionis, non mere consanguinitatis.

v. 13 « *Dixitque David ad iuvenem, qui nuntiaverat ei : Unde es tu ? Didicerat David v. 8, cuius gentis nuntius esset ; nunc cupiebat discere, ad quam partem gentis pertineret, utrum ad eam, quae, extra fines Iudeae habitans, Philisthaeis se foedere iuxerat et iusto proelio Saulem fuerat aggressa, an ad eam, quae ut *advena* terram Israel incolebat regemque Israel revereri tenebatur. Advenae David criminis veritatem, quem in hoste fortasse non ita vituperasset. « *Qui respondit : Filius hominis advenae Amalécitae ego sum* ».*

v. 14 « *Et ait ad eum David : Quare non timuisti mittere manum tuam, ut occides christum Domini ?* » Ergo David intelligebat malitiam suicidii. Quodsi enim, eius opinione, licuisset Sauli adimere sibi ipsi vitam, licuisset utique alteri Sau-

lem iubentem interficere, v. 13 « Vocansque David unum de pueris suis, ait : Accedens irue in eum. Qui percurrit illum, et mortuus est. » Hebreo cuivis ius erat, imo obligatio, ulciscendae necis christi Domini. v. 16 « Et ait ad eum David : Sanguis tuus super caput tuum : os enim tuum locutum est adversum te, dicens : Ego interfeci christum Domini». David non examinavit accuratius, verane essent, quae Amalecita praetenderat (*Clair*). Quodsi is revera hostis erat, non advena, ut ipse affirmabat, emento praetextu Davidis urbem ingressus, iustas temeritatis poenas morte luebat. Si advena erat neque tamen Saulis interfector, iuste sui ipsum utvis falsus accusator interimebatur, maxime tempore belli et publicae commotionis. Si advena erat et interfector, regicidii poenas luebat. Ut utrem concipiatis, eius sanguis erat super caput eius. « Accedit, quod fuerit Amalecita, in quem universorum Dominus tulerat sententiam mortis » (*Theodore*).

*Sanguis tuus* possit intelligi obiective, sc. a te effusus (*Vatabl.*). Melius intelligitur subiective : tuis propriis sanguinis meo iussu fundendus (*Mar.*). Quem sensum suadent Lev. 20, 9; Jos. 2, 19; 3 Reg. 2, 37; neque inepte appellat *Calm.* Matth. 27, 25 « Sanguis eius super nos », et exponit *Lap.* : « Sanguinis tui effusione tibi quoque capiti imputa, quia fassus es, te occidisse Saulem regem ». Porro sanguinem intelligi responsabilitatem effusi sanguinis, recte perspicxit *Chald.* vertens *culpa occisionis tuae*.

v. 17 « Planxit autem David planctum huiuscmodi super Saul et super Ionathan, filium eius ». Hinc et ex 2 Reg. 3, 33 et 2 Par. 33, 23 videtur effici, נִכְרֵב non esse quemlibet planctum, sed canticum funebre. Quod sane pars fuit planctus, de quo v. 12, quiique duravit usque ad vesperam; subiicitur hic per modum appendicis ad prius narrata. Quando vero Amalecita fuerit interemptus, num ante inceptum planctum, aut eo durante aut absoluto, non liquet. — *Rup.* : « Quis planxit? Rex unctionis, electionis suae non inscius, qui non ignoraret per mortem Saul vacuefactum sibi esse thronum regium, ut, qui profugerat, iam repatriaret. Mira ergo innocentia, mira adversus ambitionem temperantia ». Cf. etiam *Clair*. v. 18 « Et praecepit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in Libro Iustorum, et ait : Considera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati ». Scriptum est refertur vel ad planctum vel ad arcum, vel ad utrumque. Liber Iustorum citatur etiam los. 10, 13, qualis fuerit ignoratur. Aliqui supponunt fuisse collectionem quamdam narrationum vel hymnum, quae de cursum temporum fuerit conscripta (cf. *Sanet.*). Apposite advertit *Theodore* : « Hinc est perspicuum, quod liber Regum sit conscriptus ex multis libris propheticiis ». Cur vero noster auctor, qui secus, et quidem pro factis longe maioris momenti, citationibus non indulget, pro hoc cantico librum iusto-

rum appellat? Probabilissima ratio ea est, eum textum cantici in iis fontibus, quos in reliqua narratione sequebatur, non reperisse, ideoque ex libro iustorum, adiecta citatione, transumpsisse. Cur autem liber iustum posteriori tempore non iam citetur, ratio haec esse videtur, quod in eius locum varia prophetarum scripta et libri dierum regum, qui passim citantur, successerint.

Altera v. 18 pars spuria est, orta ex duplice eiusdem incisi apud *LXX* translatione, per Italam in *Vulgatam* transvecta (*Vere.*) Verba v. 19 *Quomodo ceciderunt fortis omnes pariter textus habent. Quod voces et ait initio Vulg. superlevit (et codices graeci non pauci), admirationem non habet, cum saepe neque immerito eiusmodi Vulg. inserat, ut sensus fiat magis perspicuus. Sed anti *Quomodo ceciderunt fortis Hebr.* pro cantici initio solum habet חַדְרָה עַל הַצְבָאָה ; ubi *LXX* : Στρατόν Ισραὴλ ὑπὲρ τῶν τεθράκων ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ πολέμου ; *Vulg.* : Considera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Inlyti, Israel, super montes tuos interficti sunt. Iam *LXX* exhibet erroneam versionem eius, quem modo descripsimus, hebr. textus. בְּנֵי derivingant non a בְּנֵי, sed cum *Chald.* a בְּנֵי vel בְּנֵי stare : στρατόν. ὑπὲρ τῶν τεθράκων et ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ πολέμου non sunt nisi duas versiones eiusdem vocis. Qua erronea versio post Hier. irrepit in *Vulg.* v. 18 ideoque eliminanda est. Genuinam textus hebr. versionem *Hier.* v. 19 tradit, a quo canticum exordiaris.*

Superest vox *arcum*, crux interpretum. Quae cum desit apud *LXX*, commodissima exppositio est, vocem aliunde in textum irreppisse. Sed omnes versiones habent. Hinc *Chald.* videtur intellexisse de arte iaciendi sagittas, cf. *Petr. Comestor* (198, 132) explicat, « eo quod audiens populum a sagittariis interfectum »; quod tamen omnino est praeator contextum. Nam a v. 17, quem etiam hebrei distinguunt parasha, novus contextus orditur. Traditur canticum, eains tamen initium nonnisi v. 19 habetur, v. 17 sq. sunt quadam ad canticum introductio; v. 17 canticum ammittit; verba « sicut scriptum est etc. », ubi illud reperiatur, declarant; ergo etiam verba « ut docerent etc. » ad canticum referri debent, non ad artem mittendis sagittas. *Sorar.* *Mar.*, et alii *arcum* conseruent esse titulum cantici, inde desumptum, quod vox *arcus* v. 22 recurrat. Suggestit *Sanet.* hebraeorum morem, librum a prima voce appellandi, v. g. Bereschith; et *Gesen.* comparat Coranum, Suras designantem una aliqua voce, in illis recurrente.

## PLANCTUS DAVID.

Scribebat *Petr. Comestor* : « Et est continentia huius carminis tripartita. — Primo agit de loco, ubi facta est strages, et impetratur ei; secundo commendat Saul et Ionathan; tertio specialiter commendat Ionathan, ostendens quantum dilexit eum ». Tres utique partes repetitis vocibus « *Quomodo ceciderunt*

fortes » distinguuntur. Magis ad rem cum *Keil* defendes, verba « *Inlyti*, Israel, super montes tuos occisi sunt » exprimere totius carminis veluti tesseram, quae sequentibus ita evolvatur, ut v. 20-24 Saulis et Ionathae sors coniunctum, v. 25 sq. sors Ionathae sola defleatur, repetitis constanter vocibus « Quomodo ceciderunt fortis », quorum tandem repetitione carmen claudatur v. 27, desinens in suspitione. Haec de carminis materia distinguenda intelligas esse dicta; in quo strophas carmen distributavat, video apud auctores, qui de metrice Hebraeorum disputavere: *G. Gietmann* S. I., De re metrica Hebraeorum, p. 71 sq.; *Bickell*, Carmina V. T. metrice p. 198, 233. Et hic quidem octo strophae reservatur, v. 25 et 27 in paucitimatione stropham confundantur; singulas strophas duo decasyllabi, interiecto uno octosyllabo, efficiunt. Alter quatuor binorum versus strophas describit; singulae strophae constant tribus enneasyllabis, uno hendecasyllabo, tribusque rursum enneasyllabis; quarta tamen stropha duos heptasyllabos cum quatuor enneasyllabis complectitur; clausulae instar est v. 27, dubius constans enneasyllabis.

v. 19 « *Inlyti*, Israel, super montes tuos interfici sunt ». *Hebr.* γένεται, græco verteretur ἡ δόξα: Gloria, Israel, super montes tuos occisa est. Non est vertendum *cervus* (*Syr.*), occisi enim lamentantur non unus, sed duo viri; heroes cervi seu capreis comparantur (2 Reg. 2, 18; 4 Par. 12, 8; Cant. 2, 9; cf. etiam Eccli. 27, 22; Prov. 6, 5) ob solam celeritatem, sed non hac fuerat opus in monte Gelboe; initio cantici tam animati non quilibet tropus expectatur, sed vox totam facturæ magnitudinem exprimens, qualis est vox gloria seu *inlyti*. Cf. 1 Reg. 4, 21 sq., ubi arcæ iactura gloriae translatio appellatur: « *Quomodo ceciderunt fortis!* » *Sanct.*: « In planetu haec est inter Hebraeos familiaris exordiendo forma. Sic in Ieremie Threnis cap. 4: Quomodo sedet sola civitas, et cap. 2: Quomodo obtexit caligine, et cap. 4: Quomodo obscuratum est aurum. Sic Is. 14: Quomodo cecidisti Lucifer, de rege Babylonis ».

v. 20 « *Nolite annuntiare in Geth*, neque annuntietis in compitis Ascalonis, ne forte laetentur filiae Philistiorum, ne exultent filiae incircumcisorum ». Duae pentapoleos civitates efferuntur ideo fortasse, quod ceteris Davidi essent proximiores. *Annuntietis*, recte LXX εὐαγγελίζεσθε, faustum nuntium annuntiare. Mulieres domi relicatae de exitu proeliorum erant perquam sollicitae (Iud. 5, 28 sqq.), victoriāmque partam celebrabant (1 Reg. 18, 6 sq.). Laetitia Philisthaeorum confusa futura erat Israelitarum: hinc studet quasi s. vates acceptam ignominiam silentio premere. v. 21 « *Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum* », i. e. agri producentes oblationes sacrificiales, quæ primitiis constabant. Cohibito rore et pluvia, omni genere

humoris, tanta sit ariditas, ut ne primitiis quidem progerminent. « *Quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo* ».

Obiicit *Wellh.*, montes Gelboe constare sterilibus rupibus, parum ergo illis adaptari imprecationem sterilitatis. Confer tamen serpentis imprecationem Gen. 3, 14: « super peccatum tuum gradieris ». Num constat, eos montes aquæ steriles tempore Saulis fuisse, atque nunc sunt (cf. Ios. 17, 15 sqq.)? ant eos h. l. non accipi nominis latius, inclusus ea parte campizierabel, ad quam se procul porrerexerat? Concedatur tandem s. vali aliqua licentia poetica.

Praetendit *Keil*, 271 id solum edicere, *conspurcatum esse clypeum sanguine eorum*, quos debuerat defendere. Sed ex hac significacione derivari alteram abhorrendi, abiciendi (*Vulg.*), patet ex Lev. 26, 43 sq. — *Quasiadieci* *Vulg.* — *Non unctus oleo* plures referunt ad clypeum, abiectum esse clypeum quasi rem inutilem et molestam. At quid unctio cum clypeo? *Rup.*: « *Abiectus est clypeus Saul tam ignobiliter*, ac si non esset unctus oleo, ac si numquam efficax redisset a sanguine interectorum, ab adipe fortium »; num ergo oleum clypei item est, quod adeps fortium? *Vatabl.* supponit fuisse clypeum coriacum seu corio opertum, qui identem unctione olei indigeret, ne diffundiretur. *Munst.* audacter affirmit olim clypeos inungli solitos, « ut nitida clypel superficies non facile incula et iucus armorum quosque suscipiat »; *Cler.*, « ut non ferrugine corrumperetur, splendorque eius seruaretur ». Verum eas explanationes *Calm.* ut ineptas respuit: « *Mentem Davidis graviora plane occupant* ». Estque « communis et vera sententia » (*Sanct.*), ut *unctus cum Chald.* referatur non ad clypeum, sed ad Saulum. Primum, quia חַדְשָׁה (plures quidem codices legunt חַדְשָׁתָה) non est pars pass., sed adiectivum verbale, de solis personis praedicari solitum; quod si insuper in prioribus adverbis, quam constanter David Saulem colat tamquam « christum Domini », intelligentes omnino vim expressionis non christus oleo. Simili quandoque ratione populus Israel a prophetis prænuntiatur futurus « non populus ».

v. 22 « *A sanguine interectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathae nunquam reddit retrorsum, et gladius Saul non est reversus inanis* ». Ad sensum imaginis cf. Is. 34, 6: « *Gladus Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine agnorum et hircorum, de sanguine medullatorum arietum* ». — Pro *sagitta*, *Hebr.* *arcus*, quod explicat *Then.*, ut arcus Ionathae semper progredetur, neque a fundendo sanguine desisteret. Commodo tamen etiam per arcum potest intelligi *sagitta*, quasi contentum pro continente: sagitta semel emissâ non revertetur, clypeo vel thorace reppercussa atque a sanguine fundendo prohibita. Ita perfectio habetur parallelismus cum sequenti membro. v. 23 « *Saul et Ionathas, amabiles et decori in vita sua, in morte quoque non sunt divisi; aquilis velociores, leonibus fortiores* ». Utrunque adiectivum *amabiles* et *decori* habet articulum, intelliguntur ergo ii viri, qui præ ceteris amabiles fuerant et decori. Fuerat eiusmodi Saul initio maxime regni: David, iniuriarum oblitus, eorum iam unice, quæ ad laudem faciunt, meminit (*Keil*). — Ipsa vox *quoque* effertur, Saul et Ionathas in vita quoque fuisse inseparabiles, quod LXX diserte

exprimunt : *Indivisi in vita, etiam in morte non sunt divisi* ; ubi delendum εὐπεπτος, quippe quod sit mera repetitio praecedentis ὡραῖα. Laudandus imprimis Ionathas, qui a patre etiam reprobo, dum viveret, non recessit. — « Ab hoc experimento discant, quicunque pugnant, quod, etsi fortes sint et incliti multum, etsi velocitatem aquilarum atque fortitudinem habeant leonum, nullatenus tamen victoriam aversante Deo perfidere poterunt » (*Rup.*), v. 24 « *Filiae Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui praebebat ornamenta aurea cultui vestro* ». Tripudi filiarum incircumcisorum (v. 20) opponitur luctus filiarum Israel, quae Sauli quondam 1 Reg. 18, 7 epinicum occinerant. Monet vates, ne propter vesaniae excessus collatorum a rege beneficio-rum obliviiscantur, pretiosarum maxime vestium et ornamentorum, quae animos mulierum vel maxime devincire consueverunt.

Quis color sit ζωνη, clare describitur Is. 1, 18 : « Si fuerint peccata vestra ut coccini, quasi nix dealabuntur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, volut lana alba erunt ». Est ergo purpura. — *In deliciis i. e. delectabiliter*, ita recte *Hebr.* veritudo LXX indeterminate περὶ χρόνου ἡμέρας ; *Syr.* *super colores*, videtur cogitasse de ueste coccinea, sed cuius ora varii distinguebatur coloribus. *Chald.* et qui offerebat vobis deliciis feni in Vulg. recedit, nam vox chald. non est necessario de esculentis intellegenda. Vulgata versionem videtur etiam confirmare sequens γένος (ornamenta), quod et significatio et radice cum ζωνη connectitur. — *Cultura* intellige vestitum. *Pro praebebat, Hebr.* *ascendere faciebat*, expressio usitata, ubi agitur de rodita a finibus in interiores partem terrae sanctae. Sermo igitur est de preda (*Ps. Iler.*) expeditionibus belllicis parata, quam Saul inter bellatores suos distribuerat, ex qua illi, quae ad cultum multicorem facerent, uxoribus et filiabus donabant.

Incipit iam altera carminis pars, quae in solius Ionathae laudibus versatur. v. 25 « *Quomodo ceciderunt fortes in proelio* », non in fuga ! *Hebr.* *in medio proelio*, non primo congressu a valentioribus prostrati, sed, quod utique honorificentius est, longo certamine exhausti et a plurimi hostibus undique circumventi. « *Ionathas in excelsis tuus occisus est* ». v. 26 « *Dolco super te, frater mi Ionatha, decore nimis et amabilis super amorem mulierum* ». *Hebr.* *Decorus (vel carus) mihi fuisisti valde, et insignis fuit amor tuus mihi*. *Iam amor tuus explicari potest* (*Sanet.*) vel objective : amor tuus in me; vel subjective : amor meus in te; quem alterum sensum *Vulg.* expressit. Exstollit David eum amorem supra amorem coniugalem, qui nobilissimus et purissimus est ordinis naturalis : hinc rursum suadetur, eum amorem intelligi subjective. Nam David oppido norat, quantum amaret et proprias uxores et Ionatham; quantum esset coniugalis Ionathae amor, sola coniectura assequi poterat. « *Quemadmodum eos, qui sunt coniuncti lege matrimonii, coniunctio efficit unam carnem, ita etiam eorum, qui sincere amant animas, unit*

*affectio* » (*Theodoret.*), « *Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam* » Haec in sola *Vulg.* habentur, ostendunt tamen, horum etiam verborum auctorem, quisquis ille tandem sit, amorem illum intellexisse subiectivum.

« Hunc v. expitorum in vulgatam latinam versionem antiquissimis temporibus insertum iam fuisse, evincent plerique latini codices. At vero, cum nullus veterum interpretum nullusque hebreus codex eiusdem vestigium exhibeat; cumque huiusmodi additamenta ab indole hieronymiana versionis abhorreat, hand dubitamus in sententiam concedere Abulensis, qui illum primo additum per modum expositionis in aliquo glossa, ac dein imperitia librariorum textu adiunctum fuisse, probabile affirmavit » (*Verc.*).

v. 27 « *Quomodo ceciderunt robusti, et perierunt arma bellica!* » *Vasa seu instrumenta bellica* (*Hebr.*) melius refertur ad Saulem et Ionatham, « qui erant vera vasa ac instrumenta bellica Israelis » (*Vatab.*). Cf. Act. 9, 15 « *Vas electionis est mihi iste* ».

Brevi h. l. conspectu Saulis indolem describere lubet. Fuit in punitionem Israëlitum concessus rex, quod patet tum ex regno præwie tribui Iuda promisso, ex Saulis origine ex Gabaa urbe abominationis Iud. 19, ex verbis Dei 1 Reg. 8, 7. 22. Concedente, *quia* defectus praesiebatur; in qua tamen defectione nequaquam eius necessario aeterna reprobatio includebatur. Hinc una cum Dei in *regem* severitate, adverte eiusdem in *hominem* lenitatem. 13, 13 sq. excluditur quidem Saulis posteritas successione, verum mox, qui successorus erat, David 17, 23; 18, 17. 20 Sauli in generum quodammodo obtruditur. Penes Saulem tum videtur fuisse, ut tota naturali vita regno pacifice frueretur, ac tandem illud Davidi genero eiusque ex filia Saulis posteris concederet, honorifico eius filii in aula Davidis loco reservato. Quod proba intellexit Ionathas, 23, 17 Davidi dicens : « *Tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus* ». Rursus, licet 13, 26 Sauli dicatur : « *Proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel* », tamen de facto Saul, secundum textum Act. 13, 21, regnavit quadraginta annis, ergo totidem quotipse David. Severa sententia perquam leniter effectui mandata est. Verum Saul, Dei in se benignitatem nequaquam intelligens, regnum sibi et filiis servare, Davidem aemulum exterminare studebat. Quorsum in hoc aut suspicio-ne et invidia, aut melancholias morbo, aut diabolico instinctu ageretur, vix possumus definire, cf. dicta ad 16, 14. At vel tunc furentem regem duplex veluti munitione ab interitu protegebat, hinc propheta Deum pro ipso interpellans 13, 35, illinc David palladii instar invito concessus. Mortuo propheta sensit quodammodo Saul potissimum sui regni fulcrum esse sublatum : hinc solemnibus exequiis defuncto parentare, magos et ariolos, imo vel ipsos Gabonitatas exterminare. Verum redintegrata eodem circiter tempore in Davidem persecutione, exedit hic Hebraeorum regione; quo sublatu intra paucos menses contra Saulem exercitum cogunt Philistaei. Saul, imminentes interitus terrore perculsus, quem vivum

neglexerat, mortuum magicis evocare artibus attentat prophetam; quo admissum scelere, secundum legem morte expando, proelio cum filiis interimur.

2) David Hebrone rex constitutas, eius in Iabesitas pietas 2, 4-7.

**ARG.** — Dei monito David cum suis Hebronem procedit, ibique a tribu Iuda rex agnoscitur. Iabesitas ob redditum corporibus Saulis et Iona- than honorem commendat.

**Cap. II v. 1** « *Igitur post haec consuluit David Dominum, dicens : Num ascendam in unam de civitatibus Iuda ? Et ait Dominus ad eum : Ascende* ». Cur consulti ? Ut doceatur, possitne iam nunc ascendere, quin aut Philisthaeorum incurrit suspicionem, aut veterum inimicitarum ab Hebraeis aliquos experiarunt effectus. Et quidem *Philisthaeos* nihil tum esse suspicatos, ostendit 3, 17. Nomine tenuis serviebat adhuc David Achis, regi Geth; putabatur prius pro Philisthaeis contra Hebraeos dimicasse (1. Reg. 27, 10 sqq.); credebatur igitur Philisthaeorum causam suscipere, dum cum armata manu meridionalem regionis tractum ingrediebatur. Ipsa prior unctio, Hebrone a viris Iudei peracta, suspicione caruit, cum discordiam Hebraeorum augere videretur. Nonni si cum Israelite universi ad Davidem Hebronem convenissent, eumque « in regem super Israel » unxissent, Philisthaei, collecto exercitu, Saulis in regno successorem tandem adorti sunt. Ut vero David *Hebreis*, et prae ceteris Iudacis, esset acceptus, plures providente Deo efficiebant rationes : sanguinis communio, tantusque contributum (1. Reg. 22, 1) et fortissimum quorunque ex reliquis tribibus (1. Par. 12) in eius castris numerus; pristina eius apud omnes gratia (1. Reg. 18, 3 sqq.), rebus adversis itisque immeritis nequam immunita; auxilium identidem (1. Reg. 23, 13 sq. ; 27, 8 sq.) praestatum, maxime contra inimicos, et donaria novissime (1. Reg. 30, 26 sqq.) senioribus submissa; favor Samuels defuncti, societas Gad prophetae et Abiathar sacerdotis, ephod gestantis; fortitudo et prudentia, difficultatis quibuslibet par; tot psalmorum, qui iam in plurimorum ore essent, non sine numinis inspiratione concinnatio. Quae omnia efficiebant, ut, licet Davidis a Samuele peracta unctio forte ignoraretur, in ipsis tamen uno omnis reipublicae salus, omnis faustioris fortunae spes collata appareret. Cf. Weiss.

« *Dixitque David : Quo ascendam ? Et respondit ei : In Hebron . Non in Bethlehem, finibus tribus Benjamin proxime adiacentem ; sed in Hebron, media in tribu Iuda sitam, dupliceiter sacram, quod esset sacerdotibus attributa (Ios. 21, 13), et simul una sex civitatum refugii (Ios. 20, 7), sacriorem etiam sepulcris, quae ibidem extabant Abraham,*

Sarae, Isaaci, Iacobi et Liae (Gen. 49, 29 sqq.). Addit *Theodoret*, fuisse Hebron tribus Iuda eo tempore metropolis: utique inter maximi momenti civitates recensebatur et medium in regione situm obtinebat. Considera primordia regni Davidici non in Gabaa fuisse stabilita, civitate abominationis, sed in Hebron. Qui modo exul fuerat, in civitatem primum refugii secedit, cum pontifice et ephod in civitate sacerdotum sedem figit, sceptrum Iudee promissum prope patriarcharum sepulcrorum consecrat.

v. 2 « *Ascendit ergo David et duae uxores, Achinoam Izrahelitis et Abigail uxor Nabal Carmeli* »; v. 3 « *sed et viros, qui erant cum eo, duxit David singulos cum domo sua, et manserunt in oppidis Hebron* », in viculis ad eam civitatem pertinentibus, cf. Ios. 10, 37. Ceterum ad h.l. cf. 1. Reg. 27, 3. — v. 4 « *Veneruntque viri Iuda et unixerunt ibi David, ut regnaret super dominum Iuda* ».

Uncus est prima vice David 1 Reg. 16, sed secreto; unctus est etiam tertio 2 Reg. 5, 3 in regem super universum Israel: uncio iusta de causa repetebatur, sicut etiamnum idem rex in variis suis regnis successive ungii potest. Etiam Saulen his 1 Reg. 10, 1 et 11, 13 unctum esse, improbable non est. Tres istae unctiones ad diversa factae sunt. Prima erat velut declaratio voluntatis et electionis divinas, ut David suo tempore rex fieret. Itaque per eam accepiebat quidem ius ad regnum, sed nondum usum aut exercitium sui iuris. Secunda vero et tertia, quia fiebant consensu et auctoritate populi, tradiebant seu dabant ei subdit, ut iurisperiti loquuntur, ius in regno ». Ita *Est.*, similiter *Calm.*

« *Et nuntiatum est David, quod viri Iabes Galaa sepelissent Saul* », 1 Reg. 33, 11 sqq. Non forte id dicitur David, sed, qui tam sincere planterat mortuos, mox ipsi inquisivit, iustusne honor cadaveribus persolutus esset (*Clair*). v. 3 « *Misit ergo David nuntios ad viros Iabes Galaa, dixitque ad eos : Benedicti vos Domino* », i. e. a Domino, « *qui fecistis misericordiam hanc eum domino vestro Saul, et sepelitis eum* ». Recte *Syr.* ut sepeliret eum. « *Illis gratias agit, perinde atque si ipsi tantum illud officium foret impensum* » (*Sanet.*). Quo facto David et regiam Saulis dignitatem agnoscit simulque declarat, se defuncti regis amicis infensum nequam futurum. v. 6 « *Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam et veritatem : sed et ego reddam gratiam, eo quod fecisti verbum istud* ».

*Misericordiam et fidelitatem*, i. e. fidelem misericordiam, quae pie actis insta mensa correspondeat. *Hebr.* et ego reddo vobis (nuv) gratiam hanc, *שְׁתִי תָּשִׂא נַעֲמָנָה*, seu salutationem hanc: exigua regis liberalitas, et pro *אֶלְחָנָה* scribendum erat שְׁתִי חָנָה (*Wellh.*). Planior est lectio *Vulg.* et *Arab.*, ubi *חָנָה* significat gratiam condignam, quam rex opportuno tempore se persoluturum esse promittit. Salutatio

perquam honorifica utique tamquam eius gratiae anticipatio quedam concipienda est.  
Sequentem versum *Hebr.* orditur voce *Et nunc*.

v. 7 « *Confortate manus vestras, et estate filii fortitudinis, licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me unxit domus Iuda in regem sibi* ». Manus-terro dissolvuntur, resumptis animis confortantur. Hinc *confortare manus* magis pertinet ad affectum ; *estate filii fortitudinis*, exhibete vos tales, potius effectum seu actum spectat. Deiectio-nis causa mors regis fuerat, spei motivum novi regis uncio proponitur. Iudeai quidem unixerant Davidem regem *sibi*, neque enim penes ipsos erat, eum ungere regem etiam pro aliis : hoc aliorum erat, cf. 5, 3. Tamen factum, adesse legitimum aliquem in tribu Iuda regem, efficiaciter sollicitabat reliquias tribus ad eundem regem acceptandum. Hinc illud Davidis ad Iabesitas nuntium erat, non solum pietatis, sed etiam insignis politicae prudentiae actus, quo Iabes Galaad, urbem trans Iordanem munitissimam, suis partibus adiungere conabatur, quo ipso tempore v. 9 Abner Galaatidem ad Ishosehi partes perfrahere studebat.

3) Ishoseth ad regnum accessio, interitus Asael 2 Reg. 2, 8-32.

*Arg.* — Interim Ishoseth filius Saul rex in Mahanaim trans Iordanem declaratur. Unde egressus Abner cum armata manu obvium habet Ioabum cum cohorte ; qui primum amice collecti mox arma conserunt. Quo certamine ab Abner occiditur Asael Ioabi frater, Ioab autem a persequendis Beniaminitis tandem desistere coactus fratrem sepulturae mandat.

v. 8 « *Abner autem, filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Ishoseth, filium Saul, et circumduxit eum per castra* ». Versiones omnes, Symm., Ios., Ps. Hier. habent traduxit *cum* in *Mahanaim*, *LXX* ascendere fecit de *castris* in *Mahanaim*. Omnino intelligitur urbs Mahanaim transiordanica, ad septentrionem vadi fluminis Iaboc sita Gen. 32, 2 (3). 22; 2 Reg. 17, 24; 3 Reg. 2, 8 ; ad tribum Gad pertinens, sed a tribu Manasse brevi intervallo sciuntur Ios. 13, 26. 30; 21, 37 (38); levitis attributa ib. ; urbs munita 2 Reg. 18, 24. Abner et Ishoseth videntur ambo interfuisse proelio in Gelboe : nisi malueris supponere, Ishoseth in Gabaa substitisse, fuisseque obtusae vel etiam minus sanae mentis, ob quam causam 1 Reg. 14, 49 inter filios Saul non fuerit recensitus. Certe fuit merum in manu Abner instrumentum.

*Hebr.* *princeps exercitus*, qui fuerat *Saulis* : sensus obvius est, non totum exercitum *Saulis* esse in *Gelboe* destructum, cf. expressionem 1 Reg. 31, 6. — Ishoseth ex

1 Par. 8, 33 ; 9, 39 vocabatur Esbaal, sicut Miphiboseth vocabatur Meribbaal (duplici diversa hebr. scriptione) 1 Par. 8, 34 ; 9, 40, sicut Gedeon seu Ierobaal (Ind. 6, 32) 2 Reg. 11, 21 in hebr. vocatur Ieruboseth. Vocabulum **הַדָּמִינָה** dominus primulus etiam de vero Deo praedicitatur, postea soli idolo reservabatur, eique ex nominibus propriis expuncto substituebatur **בְּגַזְוֹנִים** ignominia. Citant pro hac re etiam fer. 11, 13 ; Os. 9, 40.

v. 9 « *Regemque constituit super Galaad, et super Gessuri, et super Iezrahel, et super Ephraim, et super Beniamin, et super Israel universum* ». Haec pedetentim effects sunt, probabilius eo, quo recensentur ordine (*Tir.*). Primum obtinuit Abner regionem transiordanicam, cui, fausta opportunitate usus, annexit regnum Gessur. Ubi deinde victores Philisthaei, praeda onusti atque desides effecti, in propria se receperunt, facile occupavit Issachar, Ephraim et Beniamin, tandem *Israel universum*. Quae ultima expressio non designat eam tantum regionem, qua posthae constitutum regnum Israel (*Then.*), cum ita Beniamin esset excludendus, sed totam terram sanctam, exclusa utique, cui David imperabat, Iudea (*Keil*).

*Gessuri* nomen corruptum legitur apud *LXX Chald.*; est regio Basan contermina Deut. 3, 14 ; Ios. 12, 5, inter Galaad Hermonemque sita Ios. 13, 9 sqq., ab Israelitis subacta Ios. 13, 13 ; 2 Reg. 15, 8 appellatur Gessur Syriæ, ut distinguatur a Gessur 1 Reg. 27, 8. Ex enumeratione h. l. appareat, Gessur et Galaad ex certe tempore fuisse finitima. Ex eo, quod illuc 3, 3 David narrat duxisse uxorem filium regis Gessur (cf. 13, 37), fortasse licet coniicare, regem Gessur a Saulo (cf. 2 Reg. 21, 2) vel Abner fuisse electum, a Davide exceptum et in regnum restitutum. — *Iezrahel* tribus est Issachar.

v. 10 « *Quadragesima annorum erat Ishoseth, filius Saul, cum regnare coepisset super Israel, et duobus annis regnavit; sola autem dominus Iuda sequebatur David* ».

In iis versus maiorem partem putat *Wellh.* esse eliminandam, quod verba *sola autem dominus Iuda etc.* evidenter sint continuatio v. 9, quod Ishoseth non duobus sed septem annis regnaret, quod facit quadrageenario minor, quippe nondum fuerit matrimonio iunctus, et puerum potius quam virilem matrem exhibens. At eius in agendo imbecillitas potest etiam ex obvia mente explicari. Licit biennio regnaret, tamen non illico post eius mortem regnum ad Davidem devenisse, et multo minus universae tribus uno die ad Davidem in Hebron convenisse (5, 1) putandas sunt ; potuerunt ex omnia commode sepolonium (5, 5) occupare. *Est.* aliisque putant, id nostro verso edici, regnasse Ishoseth biennio ante expeditionem contra Davidem susceptam, eumque post hanc triennio fore superstitem regnasse : sed is non est sensus expressionis, que alias totam regni durationem referre consuevit.

v. 11 « *Et fuit numerus dierum, quos commoratus est David, imperans in Hebron super dominum Iuda, septem annorum et sex mensium* ».

v. 12 « *Egressusque est Abner, filius Ner, et pueri Ishoseth, filii Saul,*

*de castris in Gabaon* ». Urbs celebris tribus Benjamin, Ios. 9. Seo reliqui textus, et quidem verius, habent de Mahanaim in Gabaon : indicandus erat terminus a quo, David non est adortus partem adversam, sed ab illa se defendit (*Clair*). v. 13 « Porro Ioab, filius Saruiae, et pueri David egressi sunt, et occurserunt eis iuxta piscinam Gabon », quae ex Ier. 41, 12 videtur fuisse satis spatiose : « ad aquas multas, quae sunt in Gabaon ». *Hebr.* sententiam concludit vox pariter, cuius loco Vulg. v. 13 ita incipit : « Et cum in unum convenissent, e regione sederunt, hi ex una parte piscinae, et illi ex altera ». Utique egressus est Abner, ut tribum Iuda subigeret (*Sanet.*). Quomodo vero auct. est haec tribus contra tot alias tribus bellum suscipere ? Id explicat *Sanet.* ex numero et bellica virtute contributum, et ex magno numero eorum, qui ex aliis tribibus Davidi se iunxerant, cf. 1 Par. 12; Iud. 20 una tribus Benjamin contra ceteras omnes dimicaverat; tandem, licet tribus tum plures adhaerenter Abner, videntur tamen ex v. 13 soli tum Beniaminitae cum ipso militasse. v. 14 « Dixitque Abner ad Ioab : Surgant pueri et ludent coram nobis. Et respondit Ioab : Surgant ». Certamen, imprimis singulare, latus quidam bellicus habetur. Certamine singulare volebat Abner rem dirimere, vel ut parceret multorum cadi vel, quod conjectat *Sanet.*, quia, cum numeris minus valeret, volebat diem illo certamine extrahere, ut noctu ab hoste valentio se subduceret. v. 15 « Surrexerunt ergo, et transierunt in medium spatium interiectum, puta in tertium latus piscinae, « numero duodecim de Benjamin, ex parte Isobeth filii Saul », — *Hebr.*, duplii 5 de Benjamin et de Isobeth — « et duodecim de pueri David ». *Nimero* : *Hebr.* h. l. habet Athnach, ergo intellige numero aequali. v. 16 « Apprehensoque unusquisque capite comparis sui, deficit gladium in latus contrarii, et occiderunt simul ». Pro apprehendere *Hebr.* habet iungere (manum), quod ex Gen. 21, 18 idem sonat atque apprehendere. In qua expressione vocem manum supprimi posse, noster locus docet, nisi defendere mavis, quam *LXX* vocem exprimunt, in *Hebr.* errore librariorum excidisse. Iam *Hebr.* ita verti potest : Et iunxerunt unusquisque manum suam capiti contrarii, et gladium suum lateri contrarii, et occiderunt simul; vel : Et iunxerunt unusquisque (manum) capiti contrarii, et gladius eius (fuit) in late re contrarii etc. Sensus idem manet. Modus pugnandi ostendit, gladios idoneos fuisse solum ad transfigendum, non vero ad secundum. At quot in eo certamine oceubueru : Prima facie videtur dicendum, utrumque omnes. Tamen *Angelom.*, *Sanct.* (non vero *Ios.*, cui ea sententia perperam adscribitur) censem, posse verba intelligi, ut soli ex parte Abner occiderint : atque revera sensu minus truculentu textus intelligi potest. Putaverim Davidis heros victores extitisse, quod non solum robore excellerent, sed

insuper artem pugnandi probe edocti essent, quae prehendendo manus capite adversari constabat, dum altera manu gladius impingebatur. « Vocatumque est nomen loci illius Ager Robustorum, in Gabaon ». Pro *םַרְאֵת* videntur *LXX* legisse מִרְאֵת, τόπος ἐπιφεύγων, quae radix sensum derivatum insidiandi, sed primarium apprehendendi habet : ergo Ager Apprehendentium, qui sensus valde est aptus et ostendit, quantopere homines percussi fuerint nova illa pugnandi ratione, qua adversarii caput prehendebatur.

v. 17 « Et ortum est bellum durum satis in die illa, fugatusque est Abner et viri Israel a pueris David ». A certamine singulare ventum est, ut videtur, ad praeclum generale. Iam ad 1 Reg. 41, 8 disserimus de origine appellationis « Iuda et Israel », ea rursus h. l. recurrit : unde ex ea non valet illatio, poss Salomonem nostrum librum esse conscriptum. v. 18 « Erant autem ibi tres filii Saruiae, Ioab et Abisai et Asael ; porro Asael velocissimus fuit, quasi unus », i. e. unuslibet, angl. « any », « de capreis, quae morantur in silvis », vel potius in campo. Ex toto eo bello factum unicum narratur mortis Asael, quod fuit causa subsecuta mortis Abner. Saruia, uti monuimus, soror erat David 1 Par. 2, 16. v. 19 « Persequebatur autem Asael Abner, et non declinavit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner ». Non declinabat ad alios ullos, licet eos facilius et assequi et superare potuerit, cf. v. 21 ; omnino enim sibi propositur animo, ut interimeret Abner et ita belli finem faceret. v. 20 « Respxit itaque Abner post tergum suum, et ait : Tu es Asael ? Qui respondit : Ego sum ». v. 21 « Dixitque ei Abner : Vade ad dexteram sive ad sinistram, et apprehende unum de adolescentibus, et tolle tibi spolia eius. Nohuit autem Asael omittere, quin urgeret eum ».

Si ambitione instigaris, militum gregariorum aliquem tibi elige, non ducem robore longe praestantem, et illius spoliis contentus esto. Est modus, Asaalem ab ulteriore prosecutione sui dhortandi, non cum invitandi ad alium aliquem interimedum. In omnibus his (cf. v. 22, 23) Abner magnam ostendit moderationem : fortasse non ambitione ducebatur, sed solo studio iuris haereditarii tenuidi ; aderat amicitia pridem in filios Saruiae concepta, aestimatio et desiderium eorum suis partibus adiungendorum ; nobilis animi commiseratio erga iuvenem generosum, in propriam ruinam properantem ; dubitatio quadam, esset Davidi ius regni divinitus collatum. Filii e contra Saruiae egregie in his omnibus eam manifestant « durius », ob quam 3, 39 a Davide reprehenduntur.

v. 22 « Rursumque locutus est Abner ad Asael : Recede, noli me sequi, ne compellar confondere te in terram ; et levare non potero faciem meam ad Ioab, fratrem tuum ». Eribescenda mihi erit facies Ioab, viri robore

mihi aequalis, si virum annis et robore inferiorem inaequali certamine interfecero. Maxime verebatur Abner, ne Iosab in suum caput provocaret inimicitias, cuius implacabilem noverat animum (*Clair*).

*Hebr.* Quare percutiam te in terram ? quare vis, quare me cogis, ut etc. ? — *Quomodo lebabō etc?* LXX addunt : *ξαὶ τοῖς λέπταις ξερτάς; ἐκτρέψεις πρός τοις τοῖς σώματοις;* Quae non sunt nisi altera eaque corrupta versio praecedentium. Pro *ΤΝΤ* videtur legiſſe *אַתָּה אֶתְכָּה*, pro *שָׁמָן* forte *תָּהָתִי*, *כִּי* imperativum interpretabantur verbi *תָּהַ*.

v. 23 « Qui audire contempsit, et noluit declinare ; percussit ergo cum Abner aversa hasta in inguen, et mortuus est in eodem loco ». Percussit in rebus vel parte ventri inferiore, inferiori extremitate hastae. Non percussit « aversa facie, quin respiceret » (*Then.*), stulta enim esset ea sui defensio, quae ab inimico averteret faciem, et iam ante locutus erat Abner conversa ad Asaalem facie (v. 20). Non, « ut fugiens tenebat lanceam, percutiens retrorsum feliciter, illico interfecit » (*Ios.*) : num ea ratione potuit ictus tam violenter et simul tam praeceps adhiberi ? Sed percussit inferiori extremitate hastae (*Theodoret.*), quae acumen habebat probabilitatem ex metallo, et qua hasta in terram ligebatur (1 Reg. 26, 7). Sed cur aversa hasta percussit ? Fortasse, ut minus letale vulnus infligere : verum obstat ictus vehementia, imperfecto instrumento corpus penitus transverberans. Vel ut ostenderet, se iuniorem adversarium non dignum reputare, quem ipsa lancea ferro percuteret, ergo quasi in poemam neglectae mentionis. Vel ut rem casu magis quam consilium factam esse posset excusare. — In fine reliqui textus omnes habent : *et exiti hasta a tergo eius, et mortuus est in ipso loco.* — « Omnesque qui transibant per locum illum, in quo occididerat Asael et mortuus erat, subsistebant », non ad luctum edendum, nam proelium usque ad vesperum continuum est, sed « ad videndum eum » (cf. 20, 12), neque putandi sunt singuli diu substititis. v. 24 « Persequentibus autem Ioab et Abisai fugientem Abner, sol occubuit, et venerunt usque ad collem aquaeductus, qui est ex adverso vallis itineris deserti in Gabaon ».

In aervo pastorali, ubi nullus collis, nulla paene dixerim arbor, nomine proprio carebat, hic collis certissimum nomine proprio appellabatur, et hoc nomine proprium certo h. l. legebatur. Id reliquae omnes sensere versiones, *Syr.* vertens *Gabaath maris*, *LXX Chald.* *Ios.* utique rectius *collis Annath*. — *נַחַם* cum *Vulg.* legebant *LXX*, *Syrm.*, *Theod.*, et recte *Vulg.*, *Syrm.*, *Theod.* id vertunt *vallis*, enī *vallis* silius illicio accusatus describitur. *LXX* intellexit nomine proprium ; item *Chald.*, *Syr.*, cum *Hebr.* legentes *נַחַם*. Sed non placet h. l. admittere nomine proprium *Gia* vel *Giaach*, quod secus nullibi recurrat. *Furst* *נַחַם* veritatem detectus aquae et *Ges.*, *fons*, a radice significatio prouerpere. — « Itineris deserti in *Gabaon* » : in reliqui omitunt. Verba accusatur descriptum vallem. Non dicitur collem esse in via ad desertum, sed in via deserti ; si Gabaone exiens sumas viam, quae dirigitur versus desertum Gabaon, tum

seus hanc viam offendes illum collum ; utrum vero ante vel post desertum vel intra illud, non exprimitur. Videtur utique Abner medium inter septentrionem et orientem iter tenuisse, erat enim fugiens versus Malanaim (cf. v. 29).

v. 25 « Congregati sunt filii Benjamin », cf. dicta ad v. 13, « ad Abner », *Hebr.* post *Abner*, ipso in prima acie prostante, « et, congregati in unum cuneum, steterunt in summittate tumuli unus ». Perperam censem *Then.*, cuneum esse idem atque gall. « carré » ; hoc enim armata ex omni parte frontem exhibet, dum Beniaminitas videntur hostes illum ex adverso, et superiori tamen loco expectasse. *Tumulus unus* ille certe idem est, qui v. 24 collis *Ammah* vocabatur ; et ita videtur corrugendum, loco *collis Echath* ; cf. *Wellh.* Iam Abner e loco superiori loquitur ad Iob, qui in radice collis suos in cuneum colligebat. v. 26 « Et exclamavit Abner ad Ioab, et ait : Num usque ad internectionem tuus muero deserviet ? An ignoras, quod periculosa sit desperatio ? Usquequo non dicis populo, ut omittat persecui fratres suos », « eodem prognatos parente, et eisdem sacris ac religione coniunctos » (*Sanet.*) ?

*Hebr.* *Num in perpetuum comedet gladius ? et consentiunt versiones.* *נַחַם* significare in perpetuum diceo ex Amos 1, 11, ubi aequiparatur *לֹבֶן* (Iob. 34, 36; Ps. 15 [16], 11). LXX primam vocis significacionem praetulerunt, usque ad victoriam. *Vulg.* autem hanc ipsum secuta est, aut veritatem secundum sensum. — *Hebr.* *An ignoras, quod desperatio venit in fine ?* *רָגֵב*, amarus, desperationis significacionem induit. 17, 8 et Iud. 18, 25.

v. 27 « *Et ait Ioab : Vivit Dominus, si locutus fuisses, mane recessisset populus persecens fratrem suum.* »

Locus est vexatus. Facile explicatur *Vulg.*, *Ascendisset* (*Hebr.*), ex mente viri de tribu Iuda, cogitantes de redditu a Gabaon in Hebron, recte S. Hier. redidit recessisset : ascendit quippe dominum. Sensus igitur est : Si vel verbum supplicationis (ut omittat persecui fratres suos) hodie mane dixisset, iam tum reduxisset populum ; faciam autem, te rogante, nunc. — Contra *Vulg.* hoc unum est, quod textus reliqui omnes pro se legit nisi. Quo posito, aliqui nisi locutus essem, referunt ad provocationem mane factam ab Abnero ad certamen singulare ; ergo : Nisi hodie mane nos provocasses, iam inde ab *hodie* mane recessisset unusquisque a fratre suo (*Luc. Brug.*). Ast, nonne uterique exercitus mane egressus fuerantano dimicandi, et etiam absque provocatione dimicasset ? nonne provocacionis scopus is fuerat, praecavere copiosiori sanguinis effusione ? Sentientia itaque explicationis deficientia. *Keil* affirmat, Iob haec tantum dicere ad Abnerum inculpandum sequere exculpandum. *Then.*, e contraria locutus essem refert ad modo dicta ab Abnero v. 28 ; ergo : Nisi nunc pacis verba locutus essem, nonnisi eras mane reduxisset populum, post pugnam per totam noctem ad internectionem usque protractam. — Res critice componi nondum potest. Ad explicationem quod attinet, certe sua se simpliciter commendat *Vulg.* « Romani

correctores prudentissime se gesserunt, dum, perpensis hinc inde rationibus, nil immutandum esse existinrunt» (Verc.).

v. 28 « Insonuit ergo Ioab buccina, et stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israel, neque iniere certamen ». v. 29 « Abner autem et viri eius abiern per campstria » — per depressionem Iordanis, quae saepe numero **לְבָנָה** appellatur. Abierunt autem concitato gressu, prae metu — « tota nocte illa, et transierunt Iordanem, et iustrata omni Bethhoron venerunt ad castra », seu verius in Mahanaim. Quod Bethhoron, *Vulg.* et *Aq.* videntur cogitasse de cadem urbe, ac 4 Reg. 13, 18, sed haec prorsus est extra questionem. Recte notat *Keil*, addita voce *omni* denotari, non urbem, sed pagum aliquem, Bithron, trans Iordanem et cis Mahanaim situm. v. 30 « Porro Ioab reversus, omisso Abner, congregavit omnem populum : et defuerunt de pueris David decem et novem viri, excepto Asaello ». *Syr.*, duodecim : videtur respexisse ad v. 13 sq. v. 31 « Servi autem David percusserunt de Beniamini, et de viris, qui erant cum Abner, trecentos sexaginta, qui et mortui sunt ». Merum **לְבָנָה**, quod etiam *LXX* et *Chald.* legebant, explicari vix potest. *Vulg.* videtur aliquam praeterea particulam legisse : « qui et mortui sunt ». *Syr.* nihil legebat. v. 32 « Tuleruntque Asaello, et sepelierunt eum in sepulcro patris sui in Bethlehem ; et ambulaverunt tota nocte Ioab et viri, qui erant cum eo, et in ipso crepusculo pervernerunt in Hebron ». Potest intelligi, eos die post proelium in Bethlehem exequias celebrasse (*Ios.*), et inde sequente nocte Hebron perrexisse; vel ipsa nocte proelii ea omnia confecisse (*Keil*), quod quidem arduum erat, non tamen impossibile. Admittendum tum erit, exequias in Bethlehem non fuisse sollemnes, sed furtivas, fortasse non a Ioab, sed ab aliis consanguineis ibidem degentibus peractas. Ioab videtur et ipse sibi a Beniaminitis timuisse; vix norat, quam festine Abner discesserat; agebatur superstitione quadam loci, in quo tot viri Israelite modo tam insolito (cf. v. 16) oculubissent; sentiebat, omnem pacis spem esse praecisam (cf. 3, 4), et festinabat Davidem, quo loco res essent, certiore facere.

Sed iam narratione huius proelii absoluta, rem accuratius nonnihil discutiamus. Supposimus v. 12, quod plerique supponunt, « egressum » esse Abner ea intentione, ut Davidem armis subigeret : res tamen non ita evidens est. Tam hoc quam alii locis Ioabum noscimus violentum, ambitiosum, crudelē; norat sane pugnandi arte suos excellere (cf. dicta ad v. 16), felicem bellū eventum anticipabat, certissime rem amice componi nōlebat. Ex alia parte Abner hic et sequenti capite certinatur quieti animi vir, a sanguine inutiliter fundendo abhorrens, pacis studiosus (cf. 3, 12 sqq.). Ex quibus omnibus id fere efficitur, Abnero

pacificam compositionem, Ioab concertationem in animo fuisse. Iam vox « egressus » v. 12 hostili sensu facile carere potest ; item vox « sedendi » v. 13, consident quippe exercitus pugnam exspectantes, sed consident etiam, dum duces res amice componere conantur ; vox « ludendi » v. 14 (פִּירָא), quoquaque sensu accipiatur, de certamine sive singulari sive fictitiō, ἔπειτα λεγόμενον est. Unde ea quoque explicatio improbabilis non est, conatum esse Abner res pacifice componere, ideoque exercitus consedisse ; ob candem causam Abnerum suggestisse lusum militarem, quo ad speciem milites inter se certarent, armorum usum secluso periculo ostenderent, et ipsa lusus societate conciliarentur invicem. Acquievit Abneri suggestioni Ioab dolose, suos ad hoc selectos rem serio agere praeconivit, itaque tandem omnem pacis spem pro tempore praesedit. Dicimus, nihil in textu hanc explicationem excludere, qua admissa facile perspicitur, cur soli ex parte Abner, iisque universi occubuerint, suppedita sc. ea v. 16, quam Angelom. et Sanct. tradunt, interpretatione.

#### 4) Davidis regnum Hebreo confirmatum 2 Reg. 3,1-5.

Confirmatum est dupli ratione, felici sc. belli eventu v. 1, et familiā v. 2-5 numeris aucta. *Cap. III* v. 1 « Facta est ergo longa concertatio inter domum Saul et inter domum David ; David proficiens et semper se ipso robustior, dominus autem Saul decrescens quotidiis ». *Hebr.* *David* vadens et invalescens, dominus autem *Saul* vadens et titubans. *Iam*, inquit *Gord.*, « crescente sensu imperio Davidis, crescit simul res domestica » ; hinc v. 2 « Natiqē sunt filii David in Hebron ; fuitque primogenitus eius Amnon de Achinoam Iezrahelitide » ; v. 3 « et post eum Cheleab de Abigail, uxore Nabal Carmeli ; porro tertius Absalom, filius Maacha, filiae Tholmai regis Gessur » ; v. 4 « quartus autem Adonias, filius Haggith ; et quintus Saphatia, filius Abital » ; v. 5 « sextus quoque Iethraum, de Egla uxore David. Hi nati sunt David in Hebron. ».

**אַבְנָה** utique idem nomen est atque Caleb (*Syr.*), cum Nabal fuerit de genere Caleb 1 Reg. 25, 3. Formae **אַזְיוֹנוֹת** (*LXX*) et 1 Par. 3, 1 **אַזְיוֹן**, Daniel, **אַזְיוֹן**, *Ios.*, **אַזְיוֹן**, vix tamquam corruptiones nominis Caleb explicantur. Fuitne vir ille binominis ? — Tholmai 13, 37 dicitur filius Amminid, regis Gessur. Ex hoc loco cum 2, 9 comparato videtur effici, Gessur brevi a societate Isboseth esse abstractum ; quae sane aliqua fuit ratio, cur regnum David v. 1 confirmatum assuratur. Aliiae, praefer bellicos eventus, fuere Davidis in gubernando prudentia, et continua virorum fortium ex aliis tribubus ad Davidem accessio. — **וּפְרִזָּה** (*LXX*) corruptione ortum est ex Adenia. Cum Adonias 3 Reg. 1 narraret regnum ambuisse, probabile fit matrem eius Haggith oriundam fuisse ex familia ophibus et auctoritate praestante; idem de reliquis duabus uxoriibus videtur, haec enim connubia ideo h. l. recensentur, quod ad regnum Davidicum con-

firmandum contulerint. — *Uxoris titulus Egiae ultimo adiicitur, ut etiam 1 Par. 3, 3, ut affirmetur, omnes illas, a prima usque ad ultimam, uxores fuisse, non concubinas.*

5) Abneri interfictio 2 Reg. 3, 6-39.

Anc. — Abner ab Isboseth offensus nuntios mittit ad Davidem et, restituta eidem uxore Michol, seniores Israel, ut Davidis se partibus iungent, cohortatus, ipse Davidem adit, a quo amice excipitur. Inde vero redeuntem, inscio rege, dolo interimit loab. Quod facinus David exsecratus solemnies Abnero exsequias insituit.

v. 6 « *Cum ergo esset proelium inter domum Saul et domum David, Abner filius Ner regebat domum Saul* ». Item LXX Chald. ; Syr., accuratio secundum etymon, *fortiter agebat in domo Saul*; utrumque fere coincidit. In Abnere consistebat robur cause Isboseth. Porro v. 6 est prodosis, cuius apodosis sunt verba v. 7 *Dixitque etc.*; prior pars v. 7 est parenthesis (*Then.*). v. 7 « *Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha, filia Aia* ». Plura de Respha 21, 8 sqq. Nomen Aia varie legitur. « *Dixitque Isboseth ad Abner* » : v. 8 « *Quare ingressus es ad concubinam patris mei ? Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait : Numquid caput canis ego sum adversum Iuda hodie ?* » Numquid, qui huic in supremo honore habebar, factus sum subito nullius notae vir, qui impune despiciui possim haberi ?

LXX Chald. minus apte *hodie* ad sequentem versum trahunt. Vulg. ita explicat Ps. Hier. : « Propter te et propter dominum patris tui dico caput canis esse contra Iudam, eo quod non reducam dominum Israel ad David, quem scio uectum esse regem et regularum super universum Israel ». Difficultatem facit textus Hebr., ubi aperte propter interpositionem cum prioribus innig nequit; quod fecit Syr. *caput canum tuta*; dum LXX verba omittunt. Solutionem praeberet Chald. : *Numquid caput canis ego sum? Nunc sum vir idiota de reliquis domus Iuda.* בְּכָנָן רַיְוָן בָּגָר הַרְוָבָה לְשֹׁאָבָה בְּדִבְרָה וְלְרֹאָהָה. Iam haec ultima sententia non est nisi iterata versio prioris, sed quae indicat, quomodo ea primitus legeretur. קָנָן est hebr. הוֹתָה hodie; בָּגָר est hebr. כָּלֵב, omisso trope; vox שֹׁאָבָה eadem est atque hebr. שֹׁאָבָה vel שֹׁאָבָה cognati (Lev. 18, 17; cf. 1 Par. 7, 24). Haec vox hebr. deformata est in אֲשֶׁר, vel propter subsequens שָׁר ו textu excidisse dicenda est, ut textus primitus fuerit his אֲשֶׁר אֲשֶׁר וְרֹאָה וְלְרֹאָה : *הַרְאָשָׁה כָּלֵב נְגִיבָה (שְׁנִיר)* (אֲשֶׁר שְׁנִיר וְרֹאָה וְלְרֹאָה). — Ceterum facile defunditur textus hebr. receptus, si ante שְׁנִיר suppleas copulam, quam fortasse legebant Vulg. Syr. : Numquid caput canis ego, qui hodie pro Iuda sentiam, Iudei partes sustineam, dum pridem faverim domui Saul ?

« *Qui fecerim misericordiam super dominum Saul, patris tui, et super fratres et proximos eius, et non tradidi te in manus David* ». Commemorat Abner, quam bene meritus sit de Isboseth. « *Et tu requisisti in me, quod argueres pro muliere hodie !* » Et tu visitas super me, punis vel reprehendis in me, iniuriam mulieris (cum articulo, huins mulieris) hodie, post obsequium tibi tam diu et tam fideliter praestitum. Iniurias mulieris intelligitur non a, sed in muliere commissa, res quae nequeat venire in comparationem cum tantis in rem publicam meritis. v. 9 « *Haec faciat Deus Abner, et haec addat ei, nisi, quomodo iuravit Dominus David, sic faciam cum eo* », v. 10 « *ut transferatur regnum de domo Saul, et elevetur thronus David super Israel et super Iudam, a Dan usque Bersabee* ». Cf. 4 Reg. 3, 20. Haud est dubitandum, quin David regno in Hebron potitus, promissionem a Deo acceptam promulgaverit; eandem forte iteravit Gad alius propheta. v. 11 « *Et non potuit responder ei quidquam, quia metuebat illum* ». Hebr. Non potuit iterum: rependerat pro praesumptis cum vidua regia nuptiis satis timidam v. 8 recriminationem; ad minas ne verculo quidem respondit.

v. 12 « *Misit ergo Abner nuntios ad David pro se, dicentes : Cuius est terra? et ut loquerentur : Fac mecum amicitias, et erit manus mea tecum, et reducam ad te universum Israel* ». Feri mecum foedus. Verba *Cuius est terra?* brevissima formula complectuntur, et ipso exordio orationis quasi in medio collocantur, ob quam tanto tempore feruerat pugna, et respectu cuius Abner pactionem proponit, ratus eius fore terram, cui ipse em concesserit (*Tir.*). Primo לא כר generalis illa quæstio exprimitur, altero eiusdem discussio suscipitur.

הַחַחַת לְאָבָר לְמִי אֲשֶׁר לְאָבָר. Ipsa lectio LXX, licet ex textu hebr. valde manco profecta, contra recentiores criticos evincit, duplo לְאָבָר esse genuinum. Cum aliquia sae inversionse dubioque mendis ipsi legebant לְאָבָר הַחַחַת, haec quod ita ipsi partim verterunt et parum transcripserunt (cf. Cod. Alex.) : εἰς Θαύλων γ' ἦν πατερὶσμόν μέγον. Recte ipsi cum Chald. Ag. Kinchi הַחַחַת non vertunt pro se, i. e. loco sui (Symm.), legitum enim loco mittentiis mitili evidens est, sed in ipso loco seu illlico, gall. « sur le champ ». Ceterum adverte, ex Eusebii Locis Hebr., ubi dicitur Θαύλωντις ab Ag. verbi πατερὶσμόν, a Symm. ἀπὸ ιαττοῦ videri effici, Eusebium in suo codice LXX πατερὶσμόν (הַחַחַת) non legisse; tamen habet editio LXX Sextima, deest apud Syr. — Cf. Vere.

v. 13 « *Qui ait : Optime, ego faciam tecum amicitias; sed unam rem peto a te, dicens : Non videbis faciem meam, antequam adduxeris Michol, filiam Saul; et sic venies et videbis me* ». Non nisi hac conditione impleta, de rebus componendis cum Abner conferre vult. Repetit Micho-